

NOS, DEI GRATIA,
ERNESTUS AUGUSTUS, DUX BRUNSVICENSIIUM
ET LUNEBURGENSIIUM, &c.
RECTOR ACADEMIÆ MARPURGENSIS,

WS 1645

Omnium Facultatum Studioſis Gratiam & Clementiam.



Vis eorum non misereatur, qui, amore scientiæ, exules, facti de divitibus pauperes, semetipsos exinanierunt, vitam suam multis periculis exponunt, & à vilissimis sæpe hominibus (quod graviter ferendum est) corporales injurias sine causa perferunt? verè pathetica verba sunt Friderici Imperatoris in Constit. Habita. C. ne filius pro patre &c. ad tot & tanta privilegia, quæ ibi continentur, Studioſis concedenda, commoti. Hisce Privilegiis, hac Imperatoris misericordiâ, gratiâ, & clementiâ si digni esse vultis, ô dilecti Studioſi, veri scientiæ amatores esse, & in iis exercitiis, quæ Præceptores vestri in hac tabella vobis proponunt & promittunt, per instantem hyemem, impigrè desudate & elaborate, imprimis autem Deum, ut docentium & discipulorum laboribus benedicat, omnesq; turbas bellicas avertat, fideliter & indefinenter orate: Sine Dei numine, nihil est in homine, & pax est bonum, sine quo nullum est bonum, juxta Augustinum. P.P. Marpurgi Die 31. Augusti, Anno Christi cId Id cXLV.

IN FACULTATE THEOLOGICA.

Justus Feyerbornius, SS. Theologiae D. & Professor, 1. Tractatum suum de approximatione multorum Calvinistarum ad nostram religionem, publicis Lectionibus absolvet. 2. Collegium suum Concionatorium, in quo Epistolas Dominicales resolvit, & controversia, in illis occurrentes, exponit, ad finem perducit.

Meno Hannekenius, S. Theol. Doct. ejusdem & Hebr. Ling. Profess. publicè in Pentateucho Mosaiico progredietur, privatim Collegia Theologicum anti-Papisticum, & Hebræa profectionum ac incipientium continuaturus.

Joh. Henricus Tonſor, SS. Theol. D. ejusdemq; Professor & Pædagogarcha, in analysi questionum Theologicarum Illustrum & maxime controversarum perget: addet insuper Collegia Theologica Disputatoria & Explicatoria.

IN FACULTATE JURIDICA.

Justus Einolt cognomento Schütz, J. U. D. Consiliarius, Academiæ Pro-Cancellarius, & Professor Primarius, c. 3. lib. 2. feud. Qual. jur. deb. vasa. explicandum assumet, ex eoq; de Fidelitate, quam vassallus, subditus, domesticus Dominis suis, aliq; aliis, vel ipso jure, vel ex pacto debent, per questiones scitu dignas & utiles tractabit, Collegium quoq; de statu Rei Romanæ publicum continuabit.

Johannes Breidenbach, J. U. D. Illustriss. & Eelsissimi Hassie Landgravius Georgii, &c. Consiliarius & Professor, Mandatorum Camera-rium materia perget.

Johannes Gualtherus, J. U. D. Consiliarius, Professor Codicis, & p. r. Pro-Rector, in ordinariis suis prælectionibus in Codicem, quatenus officium Pro-Rectoratus permiserit, progredietur.

Johannes Kornmannus, J. U. D. Consiliarius & Pandectarum Professor, in explicandis utilioribus Digestorum legibus progredietur, Collegia quoq; disputatoria publica & privata pro studioſorum desiderio & petitione aperiet.

Gregorius Talsnerus, J. U. D. Consiliarius & Professor ordinarius,

ex Libro II. Institutionum Imperialium, ea quæ supersunt in materiâ successionis testamentariæ, publicè absolvet; Collegia quoq; Disputatoria & explicatoria, ad petitionem Studioſorum iterum aperiet.

IN FACULTATE MEDICA.

Joh. Daniel Horſtius, D. Publicè disputando Manuductionem ad Medicinam exponet. Privatim Collegium Chemicum continuabit, atq; præcipuorum medicaminum particularium & universalium præparationem, usum, virtutes, vitia monstrabit atq; fideliter communicabit.

Johann. Tilemannus, D. & Med. Prof. ordis progredietur ad Lectiones suas Hyemales; privatim quoq; petentibus aperiet Collegium Harmonicum per omnes controversias & theoreticas & practicas.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

M. Conradus Bachmannus Milsungensis Hessæ, Aenea somnium considerabit de strophâ cum triginta albis periculis, Orationes Aeneæ & Evandri, sacra item Hieronymi & Augustini secunda, Choragium Sapphorum de Herculis laboribus, & tandem de primis & antiquissimis Italiæ inhabitantibus. Hæc omnia multum Juris adferre solent Historiis maximamq; jucunditatem & utilitatem habent si probe recteq; percipiuntur.

M. Caspar Ebel, Log. & Metaphys. Profess. Ordinarius, publicè explicationem regularum Logicarum de enunciatione continuabit, Collegium Metaphysicum publicum absolvet, & privata Philosophica theoretica, pro auditorum & studioſorum desiderio, aperiet, omnia dirigente altissimo.

Joh. Balthasar Schapp, S. Th. L. Eloq. & Hist. Profess. Ordinarius Teutonici ad D. Elisabeth. Ecclesiastes, & p. r. Facult. Phil. Decanus, figuras suas Chronologicas et incisas, jam prælo ultimâ vice submissas nec iterum imprimendas, cupientibus donabit & explicabit, & in cæteris se accommodabit studioſorum votis quantum alia negotia permittent.

Joh. Conradus Dietericus, ad sacras Veteris & Novi Testamenti tabulas, illustramenta harmonica tam rerum quàm verborum, à variis autoribus græcis propositurus est. In exercitationes privatas exhibebit, quicquid vis Philææ allibuerit.

Balthasar Mentzerus, SS. Theol. D. & Phil. Moral. Prof. Ordin. publicis Lectionibus Doctrinam Politicam explicabit.

Privatim Collegium Politicum Lipsianum aperiet, aliæque Exercitia Ethica & Politica, pro ratione & voluntate Auditorum, instituet.

In Theologicis ad Becanum Exercitationibus itidem progredietur.

Jacobus Le Blen, J. U. L. Linguar. Exor. Prof. Ordin. & Acad. Synd. In Gallicis explicabit Pœmata Ronsardi, in Italicis il Corregiano del conte Castiglione. In Jure, Collegia privata tam Institutionum quàm Pandectarum pro lubitu Studioſorum, aperiet.

Joh. Daniel Horſtius, D. Physicam Hippocrateam, legendo & Disputando expositam, sequenti quoq; brumâ repetet. Uri autem eod. annuunt. 6. Dissertationem in campis plantarum collectione exposuit, ita 7. 8. 9. 10. & 11. Dissertationem Sectionibus quoque Anatomicis exponet.

M. David Christiani Pomer. Mathem. Prof. Ord. publicè in Geographia perget. Privatim Collegia Arithmetica, Geometrica, Geographica, Astronomica, Astrologica & Optica, ad votum & captum Aud. instituet.

M. Conradus Matthias, Philologa-Criticus Professor publicus, pro consuetudine suâ, prout hæcenus explicuit suum authorem adsignatum, Alexandr. ab Alexandr. hier. genial. ita cum Deo sibi benedicante eundem ab illo loco, in quo ætate hæc præterita legendo substituit, perget prælegere iterum publicè: privatim vero Agellianum rursus per authores eundem habebit collegium: Addet insuper pro desiderio & voluntate auditorum, Historica, Poetica, Oratorica, Logica & Ethica exercitia.

MARBURGI, Typis Josephi Dieterici Hampelii, Academia Typographi, Anno M. DC. XLV.

RP. Aufgeführt und verlegt bei Josephi Dieterici Hampelii, in Marburg.